



Specimen juridicum de actione Pauliana

<https://hdl.handle.net/1874/295246>

7

SPECIMEN JURIDICUM
DE
ACTIONE PAULIANA.
QUOD
FAVENTE DEO OPT. MAX.
Ex Auctoritate Rectoris MAGNIFICI
ALEXANDRI PETRI NAHUYSEN
A. L. M. Phil. & Med. Doct. atque
Professoris Ordinarii,
NEC NON
*Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu, et
Nobilissimae FACULTATIS JURIDICAE decreto,*
PRO GRADU DOCTORATUS
Summisque in UTROQUE JURE Honoribus &
Privilegiis rite ac legitime consequendis,
Publico eruditorum examini submittit
JOHANNES HENRICUS SWELLENGREBEL,
RHENO - TRAJECTINUS.

Ad diem xv. Junii MDCCCLXXX. H. L. Q. S.

TRAJECTI AD RHENUM,
Ex officina ABRAHAMI VAN PADDENBURG,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI, MDCCCLXXX.

SPECIMEN TURGIDUM

Accurso Vocabulo, Vocabulo, Vocabulo,

Со Словарем, Словарем, Словарем,

АНАТИКА ПИОИГА

Accurso Vocabulo, Vocabulo, Vocabulo,

Со Словарем, Словарем, Словарем,

ПУРНТЕ ДЕ ОТ МАХ

Л. А. Гагарин Родота Мадам

ALEXANDRI PETRINHUS

Accurso Vocabulo, Vocabulo, Vocabulo,

А. Л. М. Тип. В. Мир. Дог. Адм.

А. Л. М. Тип. В. Мир. Дог. Адм.

НИОН

Accurso Vocabulo, Vocabulo, Vocabulo,

Логоматиц Логоматиц Логоматиц

Ф. А. Г. А. Д. О. О. Т. А. Т. А. Т. А.

Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

JOHANNES HINRICUS SWETTINGERBEI

НИОН - ТВЕГДИС

Accurso Vocabulo, Vocabulo, Vocabulo,

Логоматиц Логоматиц Логоматиц

Ф. А. Г. А. Д. О. О. Т. А. Т. А. Т. А.

Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б. Б.

- VIRIS
NOBILISSIMIS SPECTATISSIMIS,
- D. JOHANNI GULIELMO SWELLEN-**
GREBEL, f. U. D.
CAPITULI D. JOHANNIS, QUOD TRAJECTI AD
RHENUM EST CANONICO, AGGERUM, QUI
SUPERIORIS LECCÆ AQUAS COERCENT,
CURATORI,
PATRICARISSIMO, OMNI, QUA FILIUM DECET,
PIETATE AD ROGUM USQUE COLENDΟ.
- D. JOHANNI HENRICO VAN EWYCK,**
TOPARCHÆ IN DE BILT, OOSTBROEK, OVER
DE VECHT & CULENBORCH,
AVO SUO, OMNI AMORE AD ULTIMUM
VITÆ HALITUM PROSEQUENDΟ.
- D. HENRICO SWELLENGREBEL,**
f. U. D.
CAPITULI ECCLESIAE MAJORIS RHENO - TRA-
JECTENSIS SIVE D. MARTINI DECANO,
PATRUO SUO OMNI HONORIS ET REVE-
RENTIAE CULTU VENERANDO.
- D. FLORENTIO PETRO VAN EWYCK,**
f. U. D
EJUSDEM ECCLESIAE CANONICO,
AVUNCULO SUO EXOPTATISSIMO.

NEC NON
VIRO AMPLISSIMO
D. ADRIANO VAN ROMONDT, J. U. D.
URBIS RHENO - TRAJECTENSIS SENATORI,
NEC NON SAEPIUS SCABINO, ET CUM MA-
XIME QUAESTORI (*vulgo Ontfanger van het*
eene deel der Gemeene Lands middelen) PATRUO
PER AFFINITATEM CONJUNCTISSIMO PLU-
RIMUM HONORANDO.

Hoc specimen juridicum

D. D. D. D. D.
JOHANNES HENRICUS SWELLENGREBEL.

SPECI-

SPECIMEN JURIDICUM
DE
ACTIONE PAULIANA.

INTRODUCTIO.

Miserrima conditio debitorum fuit 12. Tabb. tempore,
narrante GELLIO N. A. L. 20. C. 1. Confessi
æris ac debiti judicatis nulla adhibita distinctione per-
sonarum, LIVIUS L. 6. C. 38., triginta dies sunt dati; qui-
bus diebus nihil cum his agi jure poterat, post deinde, nisi dis-
solverent, ad Prætorem vocabantur, & ab eo, quibus erant

A

jadi-

9. OAE S P E C I M E N

judicati, addicebantur, (1) *nervo quoque aut compedibus vinciebantur.* Si plures essent creditores, quibus reus esset judicatus, secare, si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis, permittebat *lex.* 12. *Tabb.* V. *QUINCTILIANUS L. 3. Inst. Orat. C. 6. GELLIUS d. l. & de loco illo 12. Tabb.* *CUJACIUS obf. L. 3. C. 39.* (2) *Atrox hic mos neglectandi, & coercendi obæratos debitores postea lata lege Pætilia Papiria, Coss. C. Pætilio Libone Vifolo & L. Papirio Magillano, occasione crudelitatis feneratoris cuiusdam, LIVIUS L. 8. C. 28., valde mitigatus est, Cautum enim fuit hac lege, ne quis, nisi non xam meritus, in compedibus haberetur, utque, pecuniae creditæ causa, bona in posterum, non corpora obnoxia essent, neque in posterum debitores neclerentur, LIVIUS d. l. Sed quum hoc adhuc nimis durum atque iniquum videretur, poterat enim credi.*

(1) Qui addictus, *nexus* vocabatur, *VARRO de ling. lat. C. 5. V. & SCHEFFERUS dif. de Nov. tab. C. 3.*

(2) Quomodo hæc sectio in l. 12. *Tabb.* sit intelligenda, a DD. non uno sensu explicatur, videri possunt *GRAVINA in operib. p. 246.* ibique *MASCOVIUS. BYNKERSCHOEK obf. l. 1. C. 1. H. CANNEGETER differt. de difficult. quibusd. legg. Lugd. Bat. 1744. BACHIUS bistor. Fun Rom. L. 2. C. 2. §. 20. scriptoresque ibi allegati.*

creditor carceri includere suum debitorem, donec ultimum solvisset nummum *L. 1. C. qui bon. ced. poss.*, lata fuit *lex Julia de cessione bonorum*, vel a *Julio Cæsare*, vel ab *Augusto*. *V. BACHIUS hist. jurispr. Rom. L. 3. C. 1. §. 15.*, quæ Romæ & in Italia debitoribus absque dolo suo facultatibus lapsis, ut evitarent squalorem carceris, permisit flebile cessionis adjutorium, & miserabile illud auxilium, uti vocatur in *L. 7. & 8. C. qui bon. ced. poss.* (3). Quando vero debitor cessionem hanc facere recusat, fraudandique causa latitat, & non defenditur, creditor mittitur in possessionem ejus bonorum; si perget debitor latitare, permittitur creditoribus bona istius debitoris possidere, & vendere, ut ex nummis, ex tali venditione redactis, quantum fieri possit, iis satisfiat; Duo hac de re extant tituli in *ff. libro 42. quib. ex caus. in poss. eat. & de reb. auct. jud. poss.*

Sed quid, si debitores obserati, qui prævidebant, creditores suos in bona sua mittendos esse, ea in fraudem illorum creditorum alienaverant, ut tanto minus inde conficerent? Alienare enim sua bona potest dominus; hinc in *L. 26. ff. de contr. emt. ait POMPONIUS. Si sciens emam ab eo, cui bonis interdictum*

sit,

(3) Quod beneficium dein, Provincialibus quoque concessum fuit, *L. 4. C. qui bon. ced. poss.*


fit, ut ei deminuendi potestas non fit, dominus non ero. dissimiliter atque si a debitore, sciens creditorem fraudari, emero. Quum hac de re jus civile taceret, Prætor quidam, ut videtur PAULUS vocatus, cui hoc durum videbatur, edicto suo proposuit actionem, ab Auctore dictam Paulianam, per quam, quæ quoquomodo a debitore alienata sunt in fraudem creditorum, revocantur, & per fictionem juris habentur, ac si nulla alienatio facta fuisset.

Quis hic fuerit, & quando hoc proposuerit Edictum, obscurum est; illam tamen actionem jam CICERONIS tempore in usu fuisse, nonnulli, uti CUJACIUS in Commentario ad tit. ff. quæ in fraud. cred. in Operib. posthum. T. 5. & POPMA ex CICERONIS Ep. I. Lib. I. epistol. ad Attic., contendunt. CICERONIS verba hæc sunt; Cæcilius avunculus tuus a P. Vario cum magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum ejus fratre Caninio Satrio de iis rebus, quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario dicebat; una agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus & P. Scipio, & is, quem putabant Magistrum fore, si bona venirent &c. Nondum proprio ejus nomine proditam fuisse CICERONIS tempore, quia hoc loco agebatur de dolo, quod judicium dare solebat Prætor, ubi propria actio deficiebat, iis de rebus, quæ dolo malo factæ esse dicebantur, existimat BOSIUS ad d. l. CICERONIS.

JURIDICUM.

3

De hac actione quædam scribere, mihi proposui; ad cuius descriptionem procedere nunc possem: si non disceptaretur, quibusnam in locis Juris nostri de hac agitur. — Primum ergo hoc videamus.



C A P U T P R I M U M

Quibus in locis de Pauliana agitur.

Placet nobis sententia opinantium agi de hac actione in §. 6.
inst. de act. Item si quis in fraudem creditorum rem suam alicui
tradiderit, bonis ejus a creditoribus possessis; ex sententia Præsidis
permittitur ipsis creditoribus, rescissa traditione, eam rem petere, id
est dicere, eam rem traditam non fuisse, & ob id in bonis debitoris
mansisse. In Leg. 1. pr. ff. quæ in fr. er. ubi ex ULPIANI
libro 66. ad edictum hæc Prætoris verba memorantur, quæ frau-
dationis causa gesta erunt, cum eo, qui fraudem non ignoraverit, de
bis Curatori bonorum, vel ei, cui ea de re actionem dare oportebit,
intra annum quo experiundi potestas fuerit, actionem dabo, idque
etiam adversus ipsum, qui fraudem fecit, servabo. In Leg. 10.
eod. sub finem interdum causa cognita, et si scientia non sit, in fac-
tum actionem permittam. Et in titulo Codicis de revocandis his quæ
in fraud. cred. V. CUJACIUS paratil. in Lib. 42. ff. tit. 8.

Men-

Mentionem fieri de hac actione in §. 6. *inflit. de aet.* opinantium sententia est verissima, quippe si illic, uti vult DO. NELLUS *de aet. p. 201.* de actione quadam hypothecaria agetur, daretur quoque contra quemcumque possessorem, quocumque modo aut animo ad eum pervenerit. *L. ult. C. de praetor. pign.* hæc vero actio in d. §. 6. tum demum competit, cum res fraudandi animo a debitore tradita est d. §. 6. in hypothecaria actione hanc fraudem intervenisse, haudquaque cesse est debet tantummodo probari, res in bonis debitoris fuisse. V. GAILIUS *de pign. obs. 5.* in hypothecaria quoque non est necesse, dicere rem non esse traditam, uti in d. §. 6. dicitur, *si quis in fraudem creditorum rem suam alicui tradiderit,* iisdem fere verbis, ac in rubrica *D. & C. tituli de his quæ in fraudem creditorum,* in quibus titulis *Pauillana* occurrit; proponitur hæc formula, ut creditores petant rem rescissa traditione, & dicant eam rem traditam non esse; & ob id in debitoris bonis manisse; hujusmodi autem formula inepta, & inutilis foret in hypothecaria actione, quæ inhæret rei, non obstante jure dominii; accedit denique auctoritas THEOPHILI, qui illam expresse *Pauillanam* vocat. V. GIPHANIUS *ad Lib. 8. Cod. pag. m. 358.* BACHOVIVS *de action. disp. 3. tb. 9. p. 117.* WISSENBACH *disputat. ad inflit. p. 236.* Pro sua tamen opinione nonnullas

affert

affert rationes DONELLUS; uti, Pauliana est actio personalis; sed in hac §. 6. loquitur de reali; deinde, sic datur hæc actio, si res in fraudem creditorum alienata sit, nec fraudis participationem in accipiente exigit, quod secus est in Pauliana; denique, datur actio §. 6. solummodo bonis a creditoribus possessis ex sententia Præsidis, secus iterum ac in Pauliana, in qua revo- cantur in fraudem creditorum alienata ante missionem in bona debitoris. Quod ad responcionem primæ objectionis attinet, quando in sequentibus demonstrabimus Paulianam actionem esse personalem, quoque videbimus in hac §. 6. loqui de actione personali. Distinctio, quam facit inter actionem suam hypothecariam, & Paulianam, non semper procedit; nonnunquam enim fit, ut etiam in Pauliana ab accipientis parte nulla fraus adsit, uti in L. ult. ff. quæ in fraud. cred.; neque JUSTINIANUS sibi proposuit in d. §. 6. omnia requisita Paulianæ enarrare. Ad tertiam tandem DONELLI objectionem respondeo; verba illa, *bonis ejus a creditoribus possessis* non esse referenda ad tempus, quo debitor rem alienavit, quasi hæc actio de iis demum rebus competeteret, quæ post missionem in bona alienata sunt, sed per- tinent ad tempus movendæ actionis hujus, uti recte hæc verba interpretatus est VINNIUS ad. d. §.

Nonnulli uti ZOESIUS, aliique, male, ut mihi videtur, cum nostra Pauliana confundunt Interdictum fraudatorium, cuius extant verba in *L. 10. pr. ff. quæ in fraud. cred.* quod interdictum datur ad revocandam possessionem; facillima probatio est, Jurisconsultum in hac *L. 10. pr.* de quodam interdicto loqui; Docet enim id ipsa inscriptio legis, quæ desumta est ex libro 73. ULPIANI ad Edictum, quo libro hunc JCtum differuisse de Interdictis, saltem de iis, quæ in fine libri 43. ff. reperiuntur, clarissime probatur per inscriptionem *L. 1. ff. de migrand.* *L. 2. ff. de salv. interd.*, & jam a libro 67. ad edictum usque ad 73. egit ille idem JCtus de interdictis, uti ex pluribus legibus patet, quæ in libro 43. ff. occurunt. V. HOMMELIUS *palingenia. sia. tom. 3.* Verba præterea ipsa & conceptio verborum hujus Legis 10. pr. manifeste quoque interdictum ostendunt. Etenim inter duos pronunciatur §. 1. *Inst. de interd. in fin.* voluit etiam Prætor in verbis interdicti actionem, ab ea quæ hic proponitur nominatim disertisque verbis distinguere. V. MARANUS *ad ff. tit. quæ in fraud. cred. p. 504.* Non adversatur, quod in *L. 38. §. 4. ff. de usur.* dicitur Prætorem fuisse usum voce *restituas* in suo Edicto h. e., in actione Pauliana, atqui in *L. 10. pr.* utitur hac voce; non vero in *L. 1. eod.* neque in §. 6. *Inst. de aſt.*; nam utitur in *L. 10.* hac voce *restituas*, quia hoc inter-

dictum est restitutorium, uti ex natura interdicti hujus liquet,
& quod in *lege* i. non occurrat vox *restituas*, hinc non sequitur,
quod ibi non de Pauliana ageretur; fatis enim probatum est, ibi
de eadem agi actione, quæ memoratur in §. 6. *Inst. de a*ctu**
quæ Pauliana est. TRIBONIANUS hoc interdictum, quod
sub finem libri 43. ff., ubi interdictorum materiam pertractat
exponi potuisset, maluit sub hoc titulo inserere, ut hujus actionis
occasione simul interdictum, huic actioni in multis simili-
mum, explicaret, nam tendit in eundem finem, ut scilicet re-
vocentur in fraudem creditorum alienata; simili modo pluries
TRIBONIANUS egit, uti in *titulo* ff. *de op. nov. nunc.* ibi
in L. 20. ejus tituli exposuit interdictum de eadem materia.
Memoratur hoc interdictum fraudatorium in L. 67. §. 1. & 2.
ff. *ad S^crum Trebell.* & in L. 96. pr. ff. *de solut.* V. BRIS-
SONIUS *de V. S pag. m. 371.*

JURIDICUM.

CAPUT SECUNDUM

Descriptio hujus actionis, & illam personalis esse demonstratur.

Actio hæc sic potest definiri, quod sit Prætoria, personalis, quæ datur Curatori bonorum, & creditoribus, eorumque heredibus, missis in possessionem bonorum debitoris; contra fraudatorem qui res suas in creditoris fraudem quoquo modo alienavit, possessoresque fraudis consciens, eorumque heredes, vel ex causalucrativa res tenentes, ad id, ut res in fraudem creditorum alienatae, rescissa traditione, cum omni causa restituantur intra annum a die venditionis bonorum computandum, quasi traditæ non essent. Secundum hanc descriptionem in pertractanda hac actione versabimur.

Vix necesse est probare, illam esse Prætoriam; expresse JUSTINIANUS inter Prætorias eam enumerat in §. 6. *Inst. de Act.* Prætor in L. 38. §. 4. *de usur.* dicitur agere, ut perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset. Majoris erit momenti indagalle, an sit hæc actio personalis, vel realis. Magnus hac

in parte dissensus Doctorum est, nos iis calculum adjicimus, qui eam personalem esse volunt. Non aliunde hoc melius intelligitur, quam ex iis, quae sunt utriusque actionis propria. Realium autem actionum proprium est, ut sequantur possessorum rei quae petitur, quamvis nihil cum eo actum sit, aut in creditorem deliquerit, L. 25. pr. ff. de obl. & act. Contrarium obtainere in Pauliana palam est, quippe in hac possessor non tenetur, si fraudis ignarus fuerit, adeoque si b. f. possessor sit, & nihil ex lucrativa causa ad illum pervenerit. Exemplo hoc illustratur in L. 9. ff. quae in fraud. cred. & ulterius hoc indicat. L. 6. §. 8. eod., ratio cur datur in possessores, est, eorum fraus, vel quod sunt participes fraudis debitoris L. 1. pr. eod. quo casu revocantur hujusmodi res a possessoribus, etiam non restituto pretio L. 7, 8. eod. quia fraus & dolus nemini debent patrocinari. In realibus actionibus creditores contendunt rem suam esse, sed in hac actione tantum *rem non esse traditam*, & ob id in bonis debitoris mansisse §. 6. inst. de Act. quorum possessio iis data fuit d. §. c. V. WISSENBACH Wind. thes. de mutuo p. 475. Vocatur haec actio pluribus in locis actio in factum, uti in L. 10. §. 16. 18. L. 14. ff. quae in fraud. cred. L. pen. C. eod. quae actiones solent esse personales L. 25. §. 1. de obl. & act. V. BACHOVIVS de act. p. 160.

PAU.

PAULUS quoque hanc actionem non obscure solummodo inter personales retulit, sed & de actionibus in personam questione posita, exempli loco, hanc attulit in *L. 38. §. 4. ff. de usur.* quando enim in principio ejus legis dixerat, *videamus generali quando in actione, quæ est in personam, etiam fructus veniant,* hoc siuum propositum deinceps in §. 1. & seqq. usque ad 7. exsequitur, & in §. 4. haec de Pauliana & Faviana habet, *in Faviana quoque actione & Pauliana, per quam quæ in fraudem creditorum alienata sunt, revocantur, fructus quoque restituuntur.* V. VOET ad tit. *ff. quæ in fraud. cred.* Omnem questionis hujus dubitationem in hac lege sustulisse JCTum mihi videtur, ex tota verborum connexa serie, manifestum est, Paulianam hanc actionem, ex ejus sententia personalem esse.

Qui putant hanc actionem realem esse, satis validis, ut illis visum fuit, argumentis, suam conantur defendere sententiam; sed ut utar verbis DONELLI, *non quid alii, sed quam vere, queritur; certe & naturam actionis in rem, & juris auctoritatem refragari constat.* Videamus tamen quæ causa sit, ob quam aliter alii sentiant. Est præcipue hæc, quod Imperator noster hanc actionem inter reales enumeraverit in *titulo Inst. de action.* hoc nonnulli sic acceperunt, acsi revera ibi realis diceretur, uti FABER *Conject. L. 10. C. 16.* culpatque ibi JUSTINIA-

NUM inscitiae, quod actionem, ex natura sua personalem, realem fecerit; nullum profecto mirum esset, hoc imperatori accidisse; testatus enim fuit, *divinitatis magis esse, quam humanitatis, omnium babere memoriam,* & penitus in nullo peccare §. 4. *præfat.* 2. de confirm. Digest. ad senat. & om. pop. & ejusmodi errores ab eo commissos fuisse, docuit NOODT L. 1. C. 21. de *Usufr.* Verum enim vero haud necesse est dicere, talem errorem in hoc casu illum commisso; hanc actionem ob similitudinem affinitatemque, quam cum præcedentibus & sequentibus realibus actionibus habet, inter eas posuit, uti in præcedenti usucapio, sic in hac rescinduntur res in fraudem creditorum alienatae.

V. OLDENDORP. att. for. progym p. 783. Sed instant diffidentes, ex descriptione hujus actionis patere illam esse realem, nam oritur ex jure in re, quod creditores in bonis debitoris per missionem in bona consecuti sunt, unde disertis verbis dicitur, *bonorum ex sententia Præsidis possessorum.* verum, jus in re ex pigore prætorio per missionem in bona debitoris quidem oritur, sed inde haud sequitur quod Pauliana sit realis; si hæc procederet consequentia, dicendum omnino foret, pignus prætorium & Paulianam actionem idem remedium esse; falsum vero hoc est; diversa manent remedia; nam alia est actio hypothecaria, quæ datur, licet nulla fraus commissa sit, alia est Pauliana, quæ sine

sine fraude non datur. Dicta vero verba *bonorum ex sententia
Præsidis possessorum*, indicant tantum tempus, ex quo hæc actio
potest institui; nimurum non nisi post missionem in bona, &
postquam creditor ex venditis debitoris bonis suum consecutus
non est; sed dicat aliquis, si hæc actio Pauliana sit
personalis actio, unde ergo est obligatio? respondeo,
ex maleficio, quod consistit in facto ipsius possessoris
alienatæ rei, qui convenitur hac actione, in fraudulentia ac-
quisitione hujus rei, si possessor ejus, fuerit fraudis conscius;
si in fraudis fuerit ignarus, & rem ex lucrativa causa acceperit,
tum maleficium possessoris consistit in eo, quod nunc, postquam
debitoris in alienando fraudem resciverit, tamen rem non resti-
tuat, sed creditoribus nihil minus lucri faciendi causa inter-
vertere conetur.



C A P U T T E R T I U M

*Quando datur, & quid requiritur, ut
hæc actio institui possit.*

Instituitur hæc actio, uti ipsa rubrica tituli *ff. quæ in fraud. cred.* denotat, *si quid in fraudem creditorum factum sit, &*, ut Praetor in edicto suo ait, *si quid fraudationis causa gestum sit; L. 1. pr. ff. quæ in fraud. cred.* Inter gesta & facta quædam subtilis differentia esse videtur, attamen καταχρησις, id est abusive, nihil inter factum & gestum interest *L. 58. de V. S. V. ALCIATUS dispunct. L. 1. C. 4. BRENCMAN disp. de leg. inscript. §. 17.* gestum varie sumitur, interdum latius, interdum strictius, veluti in *L. 19. de V. S.* ubi gestum significat rem sine verbis factam, & distinguitur ab eo, quod actum & contractum est, ast in iis, quæ in fraudem creditorum gesta sunt, latissima sumitur significatione, & gesta continent in se omnia, quæ in fraudem creditorum gesta sunt, sive fit alienatio,

natio, sive contractus, imo non tantum sumuntur gesta, sed & non gesta; quodcumque igitur fraudis causa factum est, videatur his verbis revocari, qualemcumque fuerit *L. 1. §. 2. L. 2. L. 3. L. 4. L. 5. ff.* *[quæ in fraud. cred.*

Fraus, ut institui possit Pauliana, intervenisse debuit. Distinguitur in jure inter fraudem legis, & fraudem hominis; in fraudem legis agit ille, qui, salvis legis verbis sententiam ejus circumvenit, & fraus legi sit, ubi, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id sit *L. 29. L. 30. ff. de legg. L. 5. C. eod.* Annotat *Accuruis* quatuor præcipue modis fieri fraudem legi, commutatione rerum, commutatione personarum, commutatione contractuum, & modo contrahendi. *V. MURETUS de legg. ad. d. L. 30.* quæ ita facta sunt, nulla rescissione indigent, ipso jure nulla sunt, *L. 16. ff. de jur. patr.* verum ea quæ in fraudem hominis comparata sunt, ipso jure quidem valent, attamen per remedia quædam juris revocantur *d. L. 16.* *V. RAMOS DEL MANZANO ad. leg. Jul. 3^o Pap. L. 4. reliq. 17.* & hoc posteriori sensu accipere fraudem in actione Pauliana debemus, alienatio enim bonorum debitoris revera jure civili non est prohibita, nam si esset vetita, ipso jure quoque nulla esset, neque hac actione foret opus, uti appareat in libertatis datione, in fraudem creditorum facta, quam lex *Ælia Sentia*

impedit, ut videre est in *pr. instit.* quib. *ex caus. man.* non. lic.
& in *L. 1. T. 1. Instit. CAJL.*

Commisam fraudem fuisse intelligitur, quando primo ex consilio fraudandi tam alienantis, quam accipientis, modo isto titulo oneroso acceperit; si enim ex lucrativo titulo accepit, sufficit fraus alienantis *L. 5. C. de bis quae in fraud. cred. secundo ex eventu ea patet.* Consilium fraudandi adfuisse, sequentia exempla docebunt; si quis cum haberet creditores, libertis suis, iisdemque filiis naturalibus, universas res suas traditit.

L. 17. §. 1. ff eod., si quis vendente debitore, testato conventus est a creditoribus, ne emeret, non caret enim fraude, qui conventus testato perseverat. *L. 10. §. 3. eod.*, coguntur hi restituere rem, non refuso pretio, nisi pretium extet in bonis debitoris *L. 8. eod.*, si quis data opera ad judicium non adfuit, vel litem mori patitur, vel a debitore non petit, ut tempore liberetur, aut usumfructum, vel servitutem amittat *L. 3.*

I. 1. eod., is qui non fecit, quod facere debet, si rem suam pro derelicto habuit, ut quis eam suam faciat. *L. 4. L. 5. eod.* Cum in vetus creditum unus creditor in aliorum creditorum fraudem pignora accepit *L. 22. eod.* In genere illi, qui aliquid fecerunt, quod facere non debebant; qui aliquid fecit, ut despat habere, quod habet; & qui omne suum patrimo-

nium

nium alienat, fecit in fraudem creditorum *L. 3. §. 2. L. 6. pr. eod.* nam nemo præsumitur, ignorare suum patrimonium.

Alterum requisitum erat eventus, quo creditor revera fraudatus est, & quidem ideo fraudatus, quia fraudator eum fraudare voluit, *L. 10. §. 2. L. 15. eod.* Consilium fraudandi, & eventus simul requiruntur, unde alterutro deficiente, si vel propositum fraudandi nullum habuit, forsan putans se solvendo esse, vel creditores, licet debitor fraudandi consilium habuerit, eventu tamen non sunt fraudati, debitore post eam alienationem solvendo comperto, vel si debitor his, quos fraudare voluit satisfecit, huic actioni neutquam locus est, *L. 10. §. 1. L. 15. eod. L. 79. de R. 3.* ita ut illud SENECAE, *de beneficiis, agentis, L. 6. C. 11.* merito huic applicari possit, *parum est illi velle, nisi profuit, parum est profuisse, nisi voluit.*

Creditori, qui contra fraudatorem agit incumbit probatio fraudis, quia semper necessitas probandi illi incumbit, qui agit, *L. 21. ff. de prob. & pres. §. 4. Inst. de leg.* & qui dolo dicit factum aliquod, licet in exceptione, docere dolum admissum debet, *L. 18. §. 1. ff. eod.* hæc fraudis probatio ex indiciis perspicuis debet probari; a parte alienantis fraudem intervenisse probat, v.g. si alienatio in necessarias & conjunctas personas facta sit, *L. 27. C. de donat.* Si is, qui alienasse perhibetur, nihilominus

semper in possessione remaneat, si pactum retrovenditionis fuerit appositum ab eo, qui solitus est fænerari, vel viliori mercede rem suam locaverit, *L. 8. §. 1. ff. de reb. auct. jud. pos.* & parte accipientis creditor fraudem probat, quando probaverit, ei, qui emere vellet a debitore, denunciatum esse neemeret, quia id siebat in fraudem creditorum **V. ALCIATUS** *ad Leg. 22. C. de transact. in oper. t. 3. p. 288, 289. PEREZIUS prælec. in C. ad Lib. 7. tit. ult. n. 10.* Quando obtinebit auctor victoriam, docet **HAMMELIUS** *de Action. C. 19. n. 46. p. 216.*

Dubitatio orta fuit, an hæc Paulianæ detur solum de rebus alienatis, postquam missio in bona facta jam fuerat; an etiam competit de rebus, ante missionem in bona a debitoribus, in fraudem creditorum alienatis. Priorem sententiam amplexi sunt, **DONELLUS** *comment. L. 23. C. 17. in pr. DECKERUS L. 1. diff. 10. n. 27. & SANDE decif. L. 3. t. 13. dec. 1.* Provocant **DECKERUS** & **SANDE** *ad L. 6. § 7. ff. quæ in fraud. cred. in qua is qui debitam pecuniam recipit, antequam bona debitoris possideantur, quamvis, sciens prudensque solvendo non esse recipiat, dicitur, non timere hoc edictum, quia sibi vigilavit: porro hoc sibi voluisse ajunt TRIBONIANUM in §. 6. inst. de Att. dum ait, si quis*

in fraudem creditorum rem suam alicui tradiderit; bonis ejus a creditoribus possitis ex sententia Praefidis permittitur ipsis creditoribus rescissa traditione eam rem petere. Tandem Legis 9. ff. quæ in fraud. cred. verba cuius bona possessa sunt, (1) indicare sibi persuadent, tum demum Paulianam dari si alienatio facta fuerit, postquam in possessionem missi sunt creditores. Contrariam vero opinionem veriorem existimarem, elicetur hæc præcipue ex L. 15., l. 17. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. L. pen. C. cod., nam in iis legibus, imprimis in L. 17. agi videtur de casu in quo nulla missio in bona facta fuerat, & L. 1. ff. eod. in distincte loquitur de his quæ fraudationis causa gesta sunt, V. BACHOVUIS ad TREUTLERUM vol. 2. disp. 24. ib. 5. l. a. non facile etiam evenire potest, ut de rebus post missionem alienatis actio hæc daretur, quum Curator bonorum plerumque ad sit, cuius est vigilare, ne res alienentur. Præterea hæc Pauliana post missionem in bona non tam necessaria est, quippe tum creditoribus quoque ad repetendas res a debitore alienatas competit actio hypothecaria ex pignore prætorio, quod ex ea missione sua sunt consecuti in bonis debitoris, postquam in eorum possessionem

vene-

(1) deleta particula non secundum lectionem Florentinam V. JAUCHIUS in meditaz. critiz. de negat. pand. Flor. p. 37.

venerant, L. 25. §. 1. ff. de pign. aet. L. ult. C. de præt. pign.

Quod attinet ad leges objectas, in d. L. 6. §. 7. neque de fraude debitoris, neque de fraude creditoris ulla fit mentio: juste ibi petiit creditor quod sibi debebatur, quodque petere poterat sine fraude; approbatur factum creditoris, qui sibi vigilavit, nusquam vero, quod scio fraus alicujus laudatur, alienissimum hoc est a bono JCto. Perperam porro verba §. 6. *inst.* de aet. *bonis ejus possessis* explicant eo sensu, ac si de rebus post missionem alienatis demum daretur Pauliana, referri hæc debent, uti antea jam vidimus, ad tempus instituendæ hujus actionis, non ad tempus alienationis. Denique *diss.* L. 9. nihil aliud docet, nisi b. f. emtorem de re post missionem emta non teneri V. HUBERUS *prælect.* *Jur. Civ. tom. I. p. m. 398.*

CAPUT QUARTUM

Cui hæc actio datur.

Primus in edicto Prætoris cui hæc datur actio, est Curator bonorum. Hæc vox generaliter sumitur pro eo, qui alicui negotio præest, vel res alicujus gerit; sic apud GELLIUM. N. A. L. 2. C. 10. Q. Catulus dicitur Curator restituendi Capitolii apud SUETONIUM in Caligula C. 27. occurrit Curator munerum ac vegetationum. In nostra actione habetur pro eo, qui a Prætore, vel a Præside in Provinciis, ex consensu majoris partis creditorum, vel ab ipsis creditoribus, constituitur. L. ult. ff. deCurat. bon. dand. si bona sunt distrahenda, L. i. pr. ff. eod. Talem Curatorem constitui consultum omnino est, immo necessarium, dum id, quod omnium creditorum missorum curæ incumperet, plerumque ab omnibus ne-

ligi-

gligeretur, nemine ut plurimum curante, quod omnes curant.
L. 14. L. 15. de reb. auct. jud. poss. Datur hic curator ad custodiendas atque defendendas res, quæ adhuc extant in bonis debitorum, *L. 2. §. 1. de Curat. bon. dand.* In plerisque similis est Curatori minoris; hinc & inventarium bonorum debitoris facere tenetur. *L. 15. pr. ff. de reb. auct. jud. poss., &* quod omnibus Curatoribus convenit, fideliter bona administrare, rationemque administrationis reddere tenetur. *L. 1. C. ubi de ration. tam. pub. quam pr.* Hanc actionem tunc recte dari Curatoribus, quando speciale mandatum a creditoribus acceperunt, contendit HUBERUS *præl. Jur. t. 3. p. m. 467.*, quia Curator bonorum non est Procurator creditorum, nec eos repræsentat, sed vice fungitur debitoris latitantis aut deficientis, unde ei, et in eum actiones dantur, quæ ipsi debitori, & in debitorem competit. *L. 2. §. 1. ff. de Cur. bon. atqui debitor, qui ipsam fraudem, patravit, non habet hanc actionem sed creditores soli.*

Quando nullus Curator constitutus fuit. Prætor pergit. se daturum actionem *ei cui de ea re actionem dare oportebit.* Imprimis hic est creditor ipse in cuius fraudem res fuit alienata, & cui ex qualibet justa causa, actio cum fraudatore competit. *L. 16. §. 2. qui & a quib. man. lib. non fi. non tantum, qui pecuniam crediderunt.* *L. 11. ff. de V. S. sed & cui ex emto, vel ex locato,*

locato, vel ex alio titulo debetur, *L. 12. eod.* vel jure civili sine ulla exceptionis perpetuae remotione, vel honorario, vel extraordinario, sive pure, sive in diem, sive sub conditione *L. 10. eod.* & si unius creditoris fraude alienatio facta sit, competit tamen Pauliana, *L. 10. §. 6. ff. quæ in fraud. cred.* sive debitor per hoc, quod fraudationis causa gesit, dominium rei corporalis, vel incorporalis, *L. 14. eod.* sive actionem, amiserit *L. 14. eod.* non tantum præteritis, & præsentibus, sed & futuris creditoribus, si priores dimissi sint pecunia posteriorum *L. 16. eod.* Quia vero liberto & filio semper honesta atque sancta persona patris ac patroni videri debet, *L. 9. ff. de obs. par. & patr. præst.* quæ lex desumpta fuit ex *Lib. 66. ULPIANI ad edictum,* in quo libro egit de Pauliana, hinc concludit SMUC. CIUS *in not. ad JAC. LABITT. us. ind. ff. C. 2.* hanc Paulianam non dari liberto & filio emancipato contra patronum vel patrem; sed potius actionem in factum.

Datur porro heredibus cæterisque creditoris successoribus, *L. 10. §. ult. ff. quæ in fraud. cred.*; unde & ei datur, qui a creditore emit rem ipsi pignori obligatam, si debitor antea ignorante creditore in illa re egerit in fraudem creditoris *L. 21. ff. eod.* Non tamen datur his qui debitori heredes extiterunt, quia confusione creditores esse desierunt. Hinc filii, heredes

patri existentes, qui dicunt res quasdam ab eo in fraudem suam alienatas esse, non possunt eas revocare *L. 4. C. de his que in fraud. cred.* *V. WISSENBACH ad il. l.* & hinc, cum creditor debitori succedit, pro hereditaria parte extinguitur actio, possuntque heredes pro residuo conveniri *L. 1. L. 6. C. de her. act. V. PEREZIUS ad il leg.*

Chyrographariis tantum creditoribus, non vero hypothecariis hanc actionem competere, magno cum ardore defendere conatur *FABER Conj. L. 20. C. 16.* Pro sua opinione adfert. Si verum est non dari Paulianam, nisi revera fraudati sint creditores, apparere non posse fraudari creditores hypothecarios per alienationem factam a debitore, cum pignoris obligationem rem ipsam sequatur, & quemlibet rei possessorem; porro, quoniam hypothecaria nascitur actio ex sola conventione pignoris, nec creditor aliud probandum habet, nisi quod debitor convenerit de pignore, & habuerit rem illam in bonis, aut ipso conventionis tempore, si specialis conventionis fuit, aut etiam quandoque postea si sit generalis bonorum omnium praesentium & futurorum, in Pauliana vero multo magis sit probandum, hinc ridiculum fuisset Praetor si proposuisset hanc actionem hypothecariis creditoribus, qui suo jure habent, quasi Servianam. Hæc tamen FABRI ratiocinatio mihi non adeo gravis videtur, ut ejus amplecterer sententiam, nam sic credi-

creditere nulli post missionem in bona debitoris hanc instituere possent actionem; & hoc statuere absurdum est ob apertissimum textum §. 6. *Inst. de Act.* & generalia edicti Prætoris verba in L. 1. ff. quæ in *fraud. cred.* clarissime meam opinionem probant, nulla ibi distinctio sit inter diversos illos creditores; ubi vero lex non distinguit, nobis non est distinguere; licet regulatius verum sit, multum commodius esse creditoribus agi actione hypothecaria, quam Pauliana, sequela tamen, quam inde deducit FABER, falsissima est; quare, quæso, obesse debet creditoribus hypothecariis sua industria, videlicet quod sibi hypotheca caverint? re vera quoque manent Chyrographarii; distinguuntur quidem hypothecarii a Chyrographariis, quatenus præter debitum personale hypothecam quoque habent; jus vero hypothecæ illud jus, quod habent tanquam chyrographarii tollere nequit. Accidere potest, ut haec actio Pauliana multo commodior, & utilior sit hypothecariis, quam hypothecaria actio; exemplum exhibit SANDE *decif. Lib. 3. tit. 3. dec. 1.* Debitor obseratus, creditori hypothecario, pignus simplex habenti, constituit pignus privilegium, in fraudem aliorum creditorum pignore privato etiam instructorum, ut ita preferatur iis creditoribus, tum id pignus privilegium revocari per actionem Paulianam necesse est a cæteris creditoribus hypothecariis. Quomodo

quæso! revocarentur actione hypothecaria ea, quæ ante missio-
nem in bona debitoris ab eo in fraudem creditorum fuerant alie-
nata? Nullam tunc temporis hypothecam habent, coacti sunt
igitur hi creditores hypothecarii etiam post missionem Pauliana
agere V. THOMASIUS de nævis jurispr. Roman. ante Just. næv.
14. (1). Ex his, nisi fallor, merito concludo, Paulianam etiam
hypothecariis competere. In jure nostro plura occurunt exem-
pla ubi duæ dantur actiones, quarum una est utilior, quam al-
tera, quo casu tamen inficias ibit nemo, actorem utravis actio-
ne, etiamsi sibi minus utili, experiri posse, exempla ejusmodi
extant in §. 5. Inst. quod cum eo qui in alien post. & in L. 9.
§. 1. ff. de trib. aet.

(1) Is tamen dissentit de rebus post missionem alienatis, & ideo colligit
Paulum præturam ante *Servium* cessisse, aut si *Servius* vixisset ante *Paulum*,
saltem *Servianam* a Jctis post *Paulianam* ad omnes hypothecas esse exten-
sas; & ita quasi *Servianam* posteriorem esse *Paulianam*.

CAPUT QUINTUM

Contra quos datur.

Aperte contra ipsum fraudatorem hanc instituendam esse actionem docuit VENULEJUS in *L. ult. §. ult. ff. quæ in fraud. cred. & Melæ* respondit, qui putabat in fraudatorem illam non dandam esse; quia nulla aetio in eum ex antegesto post bonorum venditionem daretur, & iniquum esset actionem dari in eum, cui bona ablata essent, ratio responsionis VENULEJI hæc erat, quia nimicum Prætor non tantum emolumenntum actionis intueri videtur in eo, qui exutus est bonis, quam ponam, per quam nonnulli intelligunt carcerem, alii vero propter *L. ult. C. eod. volunt* non ulterius teneri fraudatorem; quam facere potest, vel dolo malo fecit quominus possit. CUJACIUS in *operib. possit. ad tit. C. de bis. quæ in fraud. cred. tom. 5. p. 1179.*

opinatur regulariter tantum debitorem teneri in tantum, quantum facere potest, sed uno excepto casu, quando nempe fraudator res abjecerit, itaque dissipaverit, ut nulla ratione recuperari possint. Potius de hac difficillima *lege ult.* C. uti dixit BACHOVIUS ad TREUTLERUM Vol. 2. disp. 24. tb. 5. l. g. nihil audeo affirmare, interea de ea videri possunt CUJACIUS d. l. & obf. L. 12. C. 5. FABER Conj. L. 20. C. 15. MARANUS in paratit. D p. 503. & J. CONSTANTINÆUS Subtil. enodat. L. 2. C. 27.

Datur porro contra eos ad quos translata res fuit, qui fraudem non ignoraverunt, & illius participes fuerunt, L. 1. pr. L. 6. §. 8. eod., cum acceperunt rem titulo lucrativo, tum titulo oneroſo; qui vero bona fide rem acceperunt non indistincte eam reddere coguntur, quippe fit distinctio an accipiens fraudis ignarus rem acceperit titulo oneroſo, e. g. emtione, an titulo lucrativo, e. g. donatione, nam ille qui ex causa onerosa rem accepit b. f. hac actione non tenetur, sed is qui ex lucrativa causa b. f. accepit tenetur, sed eatenus quatenus locupletior est redditus, ultra non, L. 6. §. 11. eod. In hoc posteriori casu impar conditio est possessoris & creditoris, cum de lucro agit possessor, de damno vero creditor, qui ideo praeserendus est. Occasione hujus distinctionis inter titulum lucrativum & onerosum, de nonnullis titulis queritur, sintne
lucra-

lucrativi num onerosi, de nonnullis paulisper videamus.

Quia, ubi dos est, ibi sunt onera matrimonii *L. 56. §. 1. de
jur. dot.* & nemo facile indotatam uxorem ducit; hinc inter
onerosos titulos dos referri posset, verum adhibenda est distin-
ctio; nimirum, refertur a parte mariti inter onerosos titulos,
quia datur ad sustinenda onera matrimonii *L. 20. C. de jur. dot.*
ideo in illum non datur actio, quando fraudem ignoraverit,
L. 25. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. a parte vero mulieris
inter lucrativos titulos habetur; ideoque, si genero ignorantis
a socero dos data sit in fraudem creditorum; filia pro qua dos
data fuit, etiam ignorans tenetur *d. L. 25. §. 1.* Si fraudator
acceptum tulerit suo fidejussori, reusque pro quo intervenerat
fidejussor, conscientius sit fraudis, uterque tenetur, sive, quum
unus sciverit fraudem, alter non, is tenetur, qui scivit, sed
quid? si fidejussor ille, cui acceptum latum fuit, solvendo non
sit? etiam contra reum instituitur haec actio, quia ex donatio-
ne capit. e contrario si acceptum latum sit reo, qui conscientius
fraudis est ejus fidejussor particeps fraudis quoque tenetur, non
tamen contra inscium fraudis haec actio, sed contra solum reum
principalem datur, ratio est; quoniam magis detrimentum non
patitur, quam lucrum faciat *L. 25. pr. eod.* Ex lucrativo ti-
tulo tenetur legatarius, cui in fraudem creditorum aliquæ res

fung

sunt legatæ; & utilis quidem contra illum actio danda est, quod nequaquam dubium est, cum satis absurdum sit, creditoribus quidem jus suum persequentibus auxilium denegari; legatariis vero, qui pro lucro certant suas partes leges accommodare *L. 6.* §. 13. eod. *L. 22.* §. 5. *C. de jur. delib.* Quæsitus fuit, si quis ignorans fraudari creditores acceperit rem per modum sponsionis, an sit titulus lucrativus nec ne; aliquando judicatum fuit, onerosum esse titulum; exemplum ejusmodi retulit SANDE, Titius obæratus suam domum Sempronio dedit, ea conditione, ut gratis haberet domum, si Titius intra biennium morereretur, sin post biennium, se obligaverat sempronius ad summam solvendam, longe domus justum pretium superantem; moriente Tilio intra biennium, judicatum fuit in favorem Sempronii, quia sustinuit periculam post biennium carius emendi domum. V. SANDE *decis.* *L. 3. tit. 3. dec. 2.* Quid vero, quando aliquid mixtum sit, cum titulo quidem oneroso acceperit quidquam aliquis inde tamen lucrum sentit, an illud ei debet extorqueri? affirmare hoc possumus, quia æquitatis ratio id suadere videtur; de damno namque certant creditores, quorum potior est ratio, aliquatenus de lucro alii, quod extorquendum docet *L. 10. §. per. quæ in fraud. cred.*

Qui

Qui pure accepit quod tempore debebatur etiam tenetur ad id quantum senserit commodi in representatione *L. 19. §. 12.* quæ in *fraud. cred.* hinc quando vir uxori, cum creditores suos fraudare vellet, soluto matrimonio præsentem dotem reddisset, quam soluto tempore reddere debuit; hac actione mulier tantum præstabit, quanti creditorum intererat, dotem suo tempore reddi; nam Prætor fraudem etiam in tempore intelligit, *L. 17. §. 2. eod.* neque huic adversatur *L. 19. eod.* in qua pater hereditatem, quam in dominio habebat, ante tempus mortis suæ filio restituit; nam ibi simpliciter fideicommissum fuerat relatum *V. THOMASIUS ad HUBERUM prælect. r. 3. p. m. 466.*

Pupillis atque adolescentibus, quorum tutores, vel Curatores fraudem fecerunt, ipsi vero ignoraverunt, hactenus nocet fraus tutoris & Curatoris, quatenus quid ad eos pervenerit. *L. 10. §. 5. eod.* nam Lex ignorantiam pupilli, quæ per ætatem contingit, noluit captiosam esse creditoribus, ipsis vero lucrosam *L. 6. §. 10. eod.* Si impubes patri extiterit heres, ejusque mortui bona veneant; separatione impetrata utriusque fraus erit revocanda ait *L. 10. §. 11. eod.* Sed cuius? constat de fraude pupilli, quis vero est ille alter? lex ait tutoris & Curatoris; mirum hoc visum fuit FABRO, qui fatetur se non intelligere hujus legis verba; quia fraus, pupilli minorisque, & tutoris Curatorisque una eademque est, hinc voluit per alterum

rum intelligere patrem & cætera verba, ac si sunt inepti inter-
pretis delere *V. ejus Conj. L. 20. C. 14.* Orta fuit quæstio,
quando servus ignorante domino, ab eo qui solvendo non est,
acceperit, an dominus teneretur? hic sententia *Labeonis*
justa judicata fuit, hactenus nimirum dominum teneri, ut re-
stituat, quod adse pervenit aut duntaxat de peculio damnetur,
vel si quid in rem ejus versum fuit: hæc eadem in filiofam: sunt
probanda, *L. 6. §. 12. que in fraud. cred.* Si Procurator
ignorante domino, cum sciret debitorem ejus frandandi cepisse
confilium, jufferit servo ab eo accipere, hac actione ipse tene-
bitur, non dominus, *L. 25. §. 3. eod.* Cui quidem solutum
non fuerit, attamen in vetus creditum pugnus sit constitutum,
hac actione tenetur *L. 10. §. 13. eod.* pigna videtur inter hanc
legem & legem 13. eod. quam componit SCÆVOLA in *L.*
22. eod. distinguendo inter fraudulosam pugnorationem, & non
fraudulosam; vel tolli potest hæc difficultas hoc modo, ut le-
gis 13. intelligamus pignus conventionale, pugnus vero in *L.*
10. §. 13. de prætorio pignore V. CUJACIUS in Lib. 68.
Pauli ad edictum. in op. post. t. 2. p. 857. Inquirunt, si quis, qui
a debitore, cuius bona possessa sunt, sciens rem emit iterum
alii b. f. ementi vendiderit, an is b. f. emtor teneatur hac acti-
one? PAULUS in *L. 9. ff. eod.* Sabini probat sententiam

verio-

veriorem, eum non teneri, quia dolus ei duntaxat nocere debet, qui eum admisit; is autem, qui dolo malo emit, & b. f. cimenti vendidit, in solidum rei pretium, quod accepit, tenebitur *d. L. 9.* In hoc ultimo articulo hujus legis dubitationem inesse opinatur FABER *Conj. L. 20. C. 14.* suæ dubitationis ratio hæc est, cum minori pretio secundus emitor b. f. emit, miseri creditores fraudati contenti esse debent, minori pretio, nec possunt consequi quanti revera res est, & sic succurri m. f. possessori, cui succurrendum non est, nam proprius dolus ei potest imputari, & denique propemodum contraria sunt, teneri hunc m. f. venditorem in solidum, & teneri in pretium quod accepit, quapropter in *il. l. 9.* vel verba *quod accepit* delere, vel pro hisce verbis legere mavult, *quod non accepit*, quomodo legas; JCTus indicare voluisse videtur, ejusmodi m. f. venditorem in solidum, i. e. integrum, verum, justum rei pretium, teneri, eo sensu legem illam intellexisse videntur *BASILICA Lib. 9. tit. 8.* Pater, qui filiofam. liberam peculii administrationem dedit, ut in fraudem creditorum agere posset videtur ipse fecisse, & sufficiente competentes adversus eum actiones, etenim filii creditores etiam sunt patris creditores *L. 12. eod.* Ast quid? si debitor servum habens, qui ab alio est institutus heres, eum alienat, ut sic emitori servus hereditatem acquirat, an datur hæc

actio contra venditorem? distinguitur an alienatio servi fraudulosa sit nec ne, si sit fraudulosa, revocabitur; si non sit, neque revocabitur, quamvis repudiaverit in fraudem creditorum hereditatem; neque dubitari isto casu potest, an etiam hereditas, in qua servus institutus est, etiam revocetur, una cum servo, quippe licet in fraudem creditorum non adquirere. L. 6.

§. 5. eod. Porro contra omnes creditores, qui post missione in bona debitoris suum receperunt, hoc edictum locum habet; non debet enim unus cæteris creditoribus præripere, cum jam pars omnium sit conditio L. 6. §. 7. L. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cred. Non obstat L. 24. eod. ubi SCÆVOLA ait, non revocari pecuniam creditoribus ultro solutam, licet bona ipsius in eo essent, ut venirent, nam illa verba *si in eo essent, ut bona debitoris mei venirent*, haud intelligenda sunt de missione jam facta, verum de futura, significant itaque debitorem ita observatum esse, ut nihil superfit, quam ut bona ejus a creditoribus possideantur; ut jam animo meo præciparem, mox evigilaturos cæteros creditores ac bonorum possessionem postulaturos, uti hæc verba intellexit ACCURSIUS, V. WISSENBACH exercit. ad ff. disp. 22. §. 23.

Odiosa quidem in Pauliana fraus est, haud ideo vituperanda diligentia, unde qui sibi vigilavit, recipiendo suum, h. e. debi-

tam

tam sibi pecuniam; licet sciyerit aliis debitis, aliis creditoribus obrutum atque solvendo non esse debitorem, nullam vindetur fraudem fecisse; sibi vigilavit, & jus ciliivile vigilantibus scriptum est, *L. 6. §. 6. quæ in fraud. cred. (1) L. 6. §. 7. L. 24. ff. eod. L. 21. ff. de peculio:* neque alterius negligentia aut stupiditas huic, qui diligens est, nocere debet *L. 6. §. 2. de reb. auct. jud. pos.*, illustravit hoc exemplo. Z. HUBERUS *obj. rer. jud. pars alt. obj. 67. V. & GOTHOFREDUS in op. mir. p. 1168.* Immo licet debitorem suum, & complurium creditorum, fugientem & secum ferentem pecuniam persequi & ipsi id, quod debebatur, auferre (2) antequam in possessionem missi erant creditores; nam nulla alia via acquirendi debitum, nec ordinis spatium creditori supererat, *L. 10. §. 16. quæ in fraud. cred. V. CUJACIUS obj. L. 16. C. 19.* Cessare videntur verba edicti (3) si quidem aliquid in fraudem creditorum sit factum, tamen si is, qui accepit,

illam

(1) In qua I. doct. V. DE WATER *obj. L. 3. C. 12. pro Praefide legendum censet Prætore.*

(2) Quod citra vim fieri debere, ostendit FORNERIUS *select. Lib. 3. C. 12.*

(3) Hæc formula *cessat editum usitatissima phrasis est apud JCTos pro, non locum habet editum.* V. D'ARNAUD *Var. conject. L. 2. C. 7.*

illam ignoraverit *L.* 6. §. 8. *eod.* Ejusmodi fraus abest, quando sciunt, & consentiunt creditores; hinc qui, consentientibus illis, aliquid a fraudatore emit, vel stipulatus est, vel aliquid aliud contraxit, non fecit in fraudem creditorum *L.* 6. §. 6. *eod. l.* 145. *de R. J.* quam ultimam legem ad hauc quæstionem pertinere recte annotarunt **GOTHOFREDUS** *in oper. min. p. 1109.* & **SMUCCIU** *in not. ad J. LAB. ind. ff. us. Cap. 2.*

Non tenentur illi debitores qui, quum possent acquirere, non acquisiverunt, neque illi, qui omittunt possessionem, pertinet enim hoc edictum ad diminuentes patrimonium suum, non ad eos qui id agunt ne locupletentur, neque enim pauperior sit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo aliquid diminuit, quia multo minus est, non acquirere quam diminuere, & qui occasione acquirendi non utitur, non intelligitur alienare *L.* 6. *pr. quæ in fraud. cred. L.* 5. §. 13. *ff. de don. int. vir. & ux. L.* 28. *de V. S. V. WESEMBECIUS consil. 17. n. 42. p. m. 580.* Debitor obœratus, cui legatum, aut hereditas, vel legitima, vel testamentaria, relinquitur; quam si acceperit vel plane, vel magis solvendo foret, attamen si eam in fraudem creditorum repudiaverit, ex hoc edicto non tenetur, quia suum patrimonium non diminuit. *L.* 6. §. 2. & 4. *ff. quæ in fraud. cred.*, neque quidquam huic adversatur, quod legitimo filio

ipso

ipso jure sine ulla aditione acquiratur, itaque videatur comprehensa sub generali obligatione omnium bonorum praesentium & futurorum, & ea quae legantur recta via ab eo qui legavit, ad eum cui legatum sit transeunt, *L. 64. de furt.* nam quamvis legatum retro nostrum sit, nisi repudietur, attamen ait ULPIANUS in *L. 1. §. 6. ff. si quid in fraud. patr.* cum repudiatur retro nostrum non fuisse palam est, *V. L. 86. §. 2. de leg. 10. SANDE dec. L. 3. t. 13. d. 3.* Pater non expectata morte sua, fideicommissum hereditatis maternae filio soluto potestate restituit, omissa ratione Falcidiæ plenam fidem ac debitam pie-tatem secutus, & debitor, qui ex SCto Trebelliano totam he-reditatem restituit in fraudem creditorum haudquaquam aliena-verunt, *L. 19. L. 20. ff. quæ in fraud. cred. V. MERILLIUS ad Lib. 2. Quæst. Callistr. ad d. L. 20.* Nihil aliud quicquam docet *l. 45. ff. in fin. pr. de jur. fisci* in verbis *æque in om-nibus* nam significant hæc, in omnibus supra dictis viis, modis, uti recte hoc HUBER prælebt. tom. 3. p. 467. &c., quem sequitur BERGER *resolut. jur. p. m. 651.* annotaverunt. Aliud tamen juris nonnunquam obtinet e. g. in debitore fisci; is enim in fraudem fisci facere intelligitur, non tantum cum de bonis di-minuit, sed quocumque modo res ab eo alienatæ sunt, *L. 45. in pr. de jur. fisci:* cujus legis contraria sententia ex *lege 26. eod. elici*

elici nequit, quidam ibi reus capit^s emancipaverat suum filium, ut is proprio nomine adiret hereditatem; & isto casu judicatur, patrem in fraudem fisci haud fecisse, quia non acquisivit, quod poterat, nam hic minime de debitore fisci lex loquitur, sed de reo capit^s, & quod quidem observandum; de tali reo, qui ex pieate in filium egit, adeoque ad hanc legem neutiquam pertinet L. 45. & licet consentiamus hic de fisci debitore agi, adhuc nondum inde aliud quid sequitur, etenim ex jure aliquo singulari, ex rescripto Principis, hæc sunt, ac proinde non ita facile extendenda ad alios casus, & quid profuisset patri hereditas, quando recusasset filius adire hereditatem L. 6. §. 7. *de adq. vel. om. ber.* sic filius patri, & per patrem ad fiscum hereditas transiret, sed ne præterea intereant tempora, adeundæ hereditatis, quid ni licebit patri emancipare filium qui sine danno heres est futurus V. ALCIATUS *parerg.* L. 3. 19. GILBERT. REGIUS εναντιοφ: J. C. L. L. I. C. 14. Qui scit se solvendo non esse, & habet creditorem deditque nihil ominus libertates testamento; dimisso priore creditore, accepit novum, dein obæratus moritur; ratæ exunt l. 15. ff. *quæ in fraud. cred.* nisi posteriorum creditorum pecunia prioribus satisfactum fuit L. 16. *eod.* & sub hac limitatione intelligendus est PAPINIANUS in Leg. 25. ff. *qui & a quib. man.* quæ lex alioquin re-

pug.

pugnaret palam d. L. 15. V. TULDENUS *in comment. ad ff. tit. quæ in fraud. cred.* C. 3. n. 8. WESTENBERG *in Div. Marco pag. 164.*

Utilis aliquando hæc actio dicitur, casus extat in L. 10. §. 10. *quæ in fraud. cred.* (1). Si nempe filius aliquid commiserit in fraudem creditorum, qui se poterat abstinere & in integrum restitutus sit, quod se miscuerat, dicendum erit, utilem actionem competere. Ratio sine dubio est, quia hunc, qui se abstinuit Prætor non habet heredis loco L. 12. *de inter in jur. fac.* idem obtinet in servo necessario; sed cum aliqua distinctione quæ visideri potest in L. 10. §. 10. *quæ in fraud. cred.*

(1) Qua de lege V. BEST *ratio emend. leg.* C. 12. §. 7. CUJACIUS *sbf. L. 7. C. ult. pro in creditum babuerunt, legit in creditum abierunt.* & FABER *Conject. L. 20. C. 14.* verba illa *idem & in servo necessario,* mali & valde inepti interpretis esse putat.

C A P U T S E X T U M

Ad quid instituitur hæc actio.

Finis, ad quem hæc instituitur actio, est hic, ut nimirus res alienatæ revocentur, & restituantur in pristinum statum, in quo ante alienationem fuerant, perinde ac si nulla alienatio facta fuisset, *L. 10. §. 22. ff. quæ in fraud. cred. non solum dominia hac in factum actione revocantur, sed & actiones, res omnes, sive mobiles, sive immobiles, corporales & incorporeales L. 14. L. 10. §. 15. eod. si conditionalis fuit obligatio, cum sua conditione, si in diem, cum sua die restauranda est, L. 10. §. 23. eod. licet ab una parte res restituatur, ab altera tamen parte pretium redi non necesse est; emtor enim doli particeps fuit, & dolose versantibus succurri non debet, nisi forte nummi soluti in bonis extent, L. 7. L. 8. eod. nam tum nemo fraudatur, pœnæ vero nomine hæc actio non datur sed rei nomine, & quidem res per hanc actionem restitui debet cum omni sua causa, L. 10. §. 21. eod. partum quoque in hanc actionem venire constat ex L. 10. §. 21. eod. hoc modo, si mulier post alienationem,*

tionem,

tionem, conceperit, & antequam ageretur peperit, nulla dubitatio est, quin partus restitui non debeat; si vero, cum alienaretur, prægnans fuerit, dicendum est, partum quoque restitui oportere *L. 25. §. 5. eod.* In hac actione præter rem ipsam, etiam fructus restituendi sunt, quod non est iniquum, nam verbum *restituas*, quo Prætor in suo edicto utitur, plenam habet significationem, ut fructus quoque restituantur *L. 38. §. 4. ff. de usur.* tam maturi, quia hi in bonis debitoris jam fuisse censentur, ideoque creditores quoad maturos fructus, fundo alienato, revera sunt fraudati, quam immaturi, uti dubitanti *Labeoni* respondet VENULEJUS in *L. 25. §. 6. quæ in fraud. cred.* non recte enim separantur fructus a fundo cui cohærent, quia fructus fundi pars esse censentur, & una res tantum alienata videtur, & idcirco qui fundum actione Pauliana revocat, jure accessionis quoque revocat fructus, tanquam accessorium fundi. *Labeonis* dubitandi rationem facit hanc VAN DE WATER *obj. L. 2. C. 17. p. 211.*, quia tempore alienationis incertum erat, utrum fructus immaturi, per varias cæli tempestates parum benignas unquam ad ulteriore ubertatem perventuri essent, adeoque illi non existimandi essent tempore alienationis in rerum natura fuisse, non obstante hac dubitatione respondet JCtus nihilomagis possessionem restitui oportere. Altera dubitandi ratio *La-*

beonis hæc fuisse videtur, qui fundum alienat cum immatu-
ris fructibus, res duas videtur tradere & fructus immatuos, &
fundum quoniam separatum fructus immatuos potest alienare,
L. 8. L. 78. §. ult ff. de contr. emt., revocato igitur fundo
non censentur revocati fructus. VENULEJUS vero contra-
riam sententiam exemplo illustrat hoc pacto, ille qui separa-
tum solum ædium vendere possit, unam solummodo rem ha-
beret, nulla facta mentione soli, tamen solum censetur fuisse
alienatum *L. 49. de R. V. V. BEST ratio emend. Leg. C. 13.*
VAN DE WATER d. l.

Sed adhuc oritur restituendarum fructuum occasione alia ques-
tio, quinam sunt restituendi fructus, an tantum pendentes alie-
nationis tempore, sive maturi, sive immaturi sint, an etiam ii,
qui medio tempore percepti sunt, priorem videtur sententiam
probare *L. 25. §. 6. in med. que in fraud. cred. posteriorem L.*
10. §. 20. 22. eod. Doctorum sententia hac in parte diversa
est. PEREZIUS *prælect. in C. ad Lib. 7. p. 178.* ZOESIUS *ad*
ff. ad Lib. 42. tit. 8. n. 4. putant in restitutionem venire
fructus, qui alienationis tempore terræ cohærebant quique post
inchoatum judicium percepti sunt, mediæ autem temporis fruc-
tus absqueulla distinctione non venire; reddunt hanc rationem,
quoniam in debitoris bonis non fuerunt, utque concilient *Leg.*

10. §. 22. (in qua lege *in pristinum statum* hæc restitutio fieri dicitur & que ac si nulla alienatio facta fuisset, & *commodum medii temporis venire*,) cum BARTOLO respondent, quod in lege illa agitur de fructibus qui alienationis tempore terræ co-hærebant. I. CONSTANTINÆO *subtil. enod. L. 2. C. 27.* placuit, fructus medii temporis non vobis, commoda autem medii temporis venire, distinguendo inter fructus & commoda. Aliam inierunt, & quam meliorem dicere audeo, viam N. CISNERUS *de actionib. & exceptionib. p. m. 32.* TULDENUS *in comment. ad tit. ff. quæ in fraud. credi. C. 5.* VOET *ad eund. tit.* multum hic interesse illi putant, an contra *m. f.* an *b. f.* possessorem hæc instituatur actio, si enim in bona fide fuit, solum fructus pendentes tempore alienationis, quia pars rei esse censentur, adeoque in bonis debitoris fuerunt, uti & qui post inchoatum judicium veniant, restituendi sunt, medii autem temporis fructus percepti non veniunt, & de hoc *b. f.* possessore loquitur *Lex 25. §. 4.* Sed si mala fide aliquis rem sit ademptus, medii temporis fructus etiam restituere tenetur, non tantum, qui percepti sunt, sed & qui percipi potuerunt, nam iniquum Praetor putavit in lucro morari eum, qui lucrum fensit ex fraude, *L. 10. §. 24. eod & ad hunc casum applicant legem 10. §. 20. eod.* neque huic sententiae quidquam contrarium habet *L.*

§8. §. 4. *de usur.* in qua lege nulla distinctione adhibita inter h.
f. & m. f. possessorem dicuntur fructus eo modo restituendi, ac
si nihil fuisset alienatum; quippe haec lex secundum factam dis-
tinctionem inter leges 10. §. 20. & L. 25. §. 4. explicanda
est. Quod vero attinet ad leg. 10. §. 22. non ibi agitur de
fructibus, uti recte observat BACHOVIVS ad TREUTLE-
RUM V. 2. d. 24. th. 5. l.e. Sed de fraudatore, qui debitorem
suum, sibi stipulatione aliqua obligatum, acceptilatione ab ista
obligatione liberavit; hic tenetur restituere debitor usuras, si
antea in stipulatum deductæ fuerant; excepto ergo 1Ctius casus,
in quibus nullæ fuerant usuræ in stipulatum deductæ, aut si talis
contractus fuit in quo usuræ deberi potuerant, etiam non ded-
uctæ.

Non restituuntur fructus, nisi sumptus facili deducantur, &
fraudator impensas necessarias consequatur idemque erit proban-
dum si quis alios (aut alios uti legit BEST. d. l. C. 13.) sum-
pus ex voluntate fidejusorum creditorumque fecerit L. 13. §. 20.
et od. non

Hæc alienatarum rerum restitutio creditoribus facienda est,
post enim missionem in debitoris bona, omnia ejus bona sunt
in creditorum possessione, & agitur Pauliana cum debitor jam
exutus est omnibus facultatibus, quumque ejus bona vendita

sunt,

sunt, adeoque nulla bona habet. V. FABER *Conj. L. 20. C. 16.*

Superest ut videamus, intra quod tempus institui potest Pauliana, & a quo momento hoc incipit currere tempus. Ut aliae prætoriæ actiones, hæc quoque annalis est; datur enim intra annum, quo experiundi potestas fuerit, *L. 1. pr. ff. quæ in fraud. cred. L. ult. C. eod.* & quidem utilem annum *L. 6. §. ult. ff. eod.* Nonnunquam hæc actio post annum competit, de eo quod ad eum pervenit, adversus quem actio movetur. *L. 10. ff. §. pen. eod.* Quum conditionalis obligatio fuerit, cum sua conditione, si in diem cum sua die restauranda est, *L. 10. §. 23. eod.*

Tempus autem, quo institui potest, incipit currere non a die factæ per debitorem alienationis, quo sensu nonnulli *L. 6. §. ult. & L. 10. §. 18. quæ in fraud. cred. acceperunt*, sed a die, quo creditores in bonorum possessionem missi, bona debitoris distraxerunt, seu a die factæ venditionis; ratio enim non ante vult alicui tempus currere, quam agere possit quippe non potest agere creditor prius quam dereto Magistratus missus est in bonis, & constat debitorem non esse solvendo, adeoque revera fraudatos esse creditores, etenim non valenti agere non currit præscriptio *L. 1. pr. ff. de divers. temp. præsc. L. 1. §. ult. C. de annal. except.*

Hæc:

Haec sunt B. L. quæ de actione Pauliana ad intellectum ejus adferenda putabam. Accipias itaque hoc specimen aequo animo & quae vel omissa suppleas, quæ minus recte dicta, corrigas, erroribusque ignoscas, & studiis meis porro faveas, omnixe rogo.

T A N T U M.



QUAES-

Q U A E S T I O N E S.

I.

Testamenti factio est juris civilis.

II.

Civi non licet pro libitu a civitate abscedere.

III.

Creditor ejusdem debiti nomine plura chirographa habens, unumque debitori reddens, in dubio non censetur remisisse debitum.

IV.

Negotiorum gestor in iis quæ gessit præstat culpam levissimam.

V.

Minores non invitti regulariter accipiunt Curatores.

VI.

Jurejurando voluntario non fit novatio.

VII.

Periculum rei venditæ necdum traditæ pertinet ad emtorem.

VIII.

Invecta & illata in prædium rusticum tacito non obligantur pignori.

G

IX.

И.Х. ЗАИОРОДЬЕВ

*Qui rem alienam, singularem, bona fide, & justo titulo possidet,
fructus naturales etiam suos facit.*

X. Vị trí của các thành phần

In S. J. judiciis, usuræ post litem contestatam incipere deberi, ex L. 35. ff. de Usuris non apparet.

三三

„*Wiederholung der ersten Sitzung des Deutschen Reichstags am 1. Februar 1871*“

•V

မြန်မာနိုင်ငံတော်လှန်ရေးဝန်ကြီးခွဲ၏အားလုံး၏

15. *Urotheca* *multiflora* *var.* *multiflora* *Oliv.* *as*

1

of the *U.S. Fish Commission* (1878).

314

...mitten bei Freising während Gabriele Gabriele bei uns hier

LIV

Amorisq; utinaglio non esset maiusq; amboq; in atellis. V. admodum

21

3

A A N

A A N D E N
WEL ED. WEL EERW. HEERE
JOHAN HENDRIK SWELLENGREBEL,
CANONIK VAN ST. MARIE.

Tot Meester der beide Rechten ingehuldigd.

Zou myn zwakke zangster zingen,
Voor de bloem der jongelingen,
Die door vriendschap haar verplicht?
Zou sy hare flappe snaren
Met de vreugde galmen paren.
Van het wysheid kwekend Sticht?



Daar ge ô puik der letterbraven!
Ryk van zo verheven gaven
Regt geäarte Pallas zoon!
Vruchten van uw vlyt moogt plukken
Op uw jongen kruin voelt\drucken.
De onverwelkbre lauwerkroon.

Ja ik voel myn hart bewogen
Maar — gebrek aan kunstvermogen
Houdt myn yver in bedwang;
Onmagt itelt myn dichtlust palen,
Laat ik met een wensch betalen
Een oprechte bedezang.



Hebt Gy uwe lentedagen
Aan de Wysheid opgedragen,
Aan het heilig Recht gewyd;
Streefde Gy met heldenstappen
Naar het Choor der wetenschappen
Met een rusteloze vlyt.



Wil dan uwe kundigheden
Onvermoeid tot nut besteden
Voor de nyvre Maatschappy;
Dat de lof van 't Opperwezen,
En in alles Hem te vrezen.
't Doelwit uwer daden zy.



Zo zult Gy gelukkig leven,
En, ten top van eer verheven,
Van een ieder zyn geächt;
Zo zult Gy een roem verwerven,
Die uw naam behoedt voor sterven
By het late nageflacht.

A. BOWIER.
S. Theol. Stud.

A A N M Y N V R I E N D !

*By geleegenheid dat zyn Edl. tot Meester in
by de Rechten bevorderd wierd.*

Zo ziet ge in't eind, Myn Vriend! de vrucht van al uw vlyt:

De Laauwer siert uw kruin, in 't aanzien van den nyd:

Gy hebt u dapper in dees letterstryd verdedigd:

Ga voort myn Jonathan! bemin het heilig regt:

Nooit word der billykheid van u haar eisch ontzegd:

Zo worden door uw taal twistzieken zelfs bevredigd.

Uit Vriendschap.

LA MIA VAIENDE

ni refletto che sarà più
buona & tranquilla di

quella che ho vissuto.

La mia vita è stata

sempre un po' triste, ma non per questo

è stata mai priva di felicità.

Che però è difficile a dire perché

ce vuole una forza così grande

che non può essere spiegata da nulla.

Io vorrei solo che mi dicesse chi ha fatto

le mie